

^{ob}citari V epicuron obscitare v epicureos citari Cors. XIII 1 Pre-
 cidere V XV 5 Huc intret fructices loco remoto Dicat for-
 sitam hec tibi ipse nemo Precissum sciet esse me sed errat V
 XVI 7 Talia cumque puer V Talia quinque puer Cors. XVII 2
 Ad quid prohibes V om. me 3 larior V XIX 3 Extis sacrius
 altius ue mouet V Extis altius altiusque mouit v 5 Sic non
 modo V posset V XX 3 Subtilibus V sutilibus v.
 XXIII 2 aut in epta. poma V XXV 1 quod ab arbore est
 recisum V XXVI 7 Ipsi cernitis fututurus ut sim XXIX 2
 Vti me pudet improbis probisque V 4 Ostendis (i *super rasu-*
ram) V XXX 1 minax ex parte V minans ex Cors. 3 uuan V
 unam Cors. 4 Cur aliter sūmus hospes habebis aquas V sumas
 . . aquam v XXXI 1 nil mea manu V 4 Exire ut ipsa
 de tuo queas culo V XXXII 3 Collatasque sibi Cors. 4 For-
 nicas Cors. 6 aurispes V 7 Quae succo caret usque putrix
 pumex V usque et usque pumex Cors. *fortasse recte* 11 Ad
 me solet nocte Cors. 12 matiemque laruallem V laruaem Cors.
 13 insularis eque V *Versum om. Cors. relicto spatio.* 14 *ante 13*
habet Cors. XXXIII 5 Turpe quidem factu sed si V XXXV 2
 Si percissus eris bis ~~in r in~~ (sic) irrumabo V XXXVI 3 uir-
 ginis celer bachus V Trahitque uirginis tener bacchus formam Cors.
 4 flouo lumine V flauo fulmine v est om. Vv 5 Fronte cri-
 nitos V crinītos v crinites Cors. archades V 7 Tutella lenī V
 8 Insa semper Cors. XXXVII 3 forte mihi lesus Cors. 4 Chi-
 rurgigamque Cors. cirurgicamque V chirurgamque v 7 Curatum
 V uidebar V 9 par uideris V par om. Cors. 10 sine lectione
 Cors. 11 quam leuaris V 12 Parua et V 14 Pro uultu Vv
 XXXIX 4 Formosissimus est apollo omnium Cors. V XL 1
 Nota sub urbanas Vv theletusa V 2 suo V om. est 4 Hanc V
 habet V XLII 2 De cera facta Vv XLIII 4 Utetur ueris
 usibus asta rudis V XLIV 1 que dico Vv 4 non Vv inromabo
 V m. pr. irromabo V m. sec. XLV 2 astalare V 6 Non
 V es V XLVI 3 timentī V 4 Ursibus V 5 indicis li-
 bratis V 'labris cod. Casalii.' O 6 Manes hic licet ut libenter
 ires V 10 scaturientis V L 4 Ficosissima V 6 Totam
 similibus priape noster V LI 3 incidat luat ponas V 6 flaua
 legis orethe V 7 asseruanda pītenis V 12 q (quae) uocatur
 alna V alana v 13 purpureo V 14 ferro gloriosior V 18 Ad
 azimumue V 19 crede V 22 furatum V 'phyllatum cod.
 Casalii.' O 23 quamuis mō heamus in septo V 28 Et nos
 hoc ipsum V LII 3 statis hic V 4 Alterni sed eundo V

5 Portam te V 9 Ad partum ueit V 10 Nihil deterius muni-
 tiatus V LIII 2 Cum capiat altos nix cita *marg.* V musta lacus
 LIV 1 E. d. si scribas V 2 uult te V LV 2 surcipuere V
 5 multabor V LVI 3 heu me miserum quid ista lignum V
 LVII 2 putrida V satulorum V 5 ni V 8 Si minos tamen
 hoc habet V LVIII 1 fefellerit fidem V 2 iminet procul
 dubio V LIX 2 eris V LXI 2 Qui condam bene fruc-
 tuosa manus V 7 ustulauit V 9 querere V 12 situculosus V
 LXIII 1 Parum est mihi quod hic fixi fidem V 4 Parum quod
 imi superfluunt sinus imbres V 7 Huc adde quod me terribiles
 fusce V 13 in pudenti V 15 Ad hanc V 17 figuris V
 18 Non inuentis pruriosa discedit V LXV 1 Hec tibi qui V
 mersit V 2 Creditur V ara V 3 Nec extraneum facias V
 LXVI 3 Nimirum quod times uideri V LXVII 1 dido fac
 prima V 3 tu mis V LXVIII 4 Choris me rachas V 5 Psoleon
 ille uocat quod psolēta cerānon V 6 Id quod nos culeum culeon
 ille uocat V 7 Merdaleon certe in se res non munda uocatur V
 8 Et penditonum mentula mēdalea est V 9 trenario V troy-
 aca V 10 quid V 15 pheletroniam V 16 tensior ipsa V
 17 Nobis hinc nota V ylias V 19 ulixi V 20 nouit V
 21 Hec legitur V 22 cūti noli V mentula tinoli fuit V
 23 athlantidamque Calipson V 24 diluchii uasa V 25 alchi-
 noi V 26 Flondenti V 27 tamen *om.* V 28 penolopea V
 29 manes *ex* manet V 31 Et V 32 arectos V 33 ulixe V
 35 qualem V 37 penolope V plabe V 38 nundum V
 al. uerbum
 LXIX 2 porigere V 3 extimato V 4 **Q_y** pondoꝝ (*sic*)
 est tibi m. cacandum V LXX 1 Illa fit V 2 Cum
 al. uerbum al. additis
 libido dederat molaque fusa V 3 Quarum partibus additis in
 al. ignem
 inguen V 4 Sacro protinus hinc abibit peracto V 9 Aut uos V
 13 irrumatos V LXXI 1 comissa V LXXII 1 Tutellam V
 2 mutino V 3 Quod moueat non est qr (*sic*) V 4 brachia V
 LXXIII 2 Non stat ingunibus V LXXIV 2 suma petit V
 LXXV 1 Dodona V 2 micene dites V 3 Unde tenedos equo-
 reoque regi V 5 phitius V 8 Tutella rodos V 9 humidum-
 que V 10 Cillēne V 13 cocitos hostreola V 14 gindos V
ante hunc u. V habet Pedico semper blesaque lingua est (*VII* 2)
 LXXVII 1 Inmanem stomachum V 6 Obstruicta V 7 expe-
 riare culpam V 9 exindere V 13 Non V 14 Ut lusus V
 abstineum V 15 At uos ut peream V 17 *om.* V LXXVIII 2
 cūni ligni V 3 foris V 4 ī pigro celerique V 5 landices V

LXXIX 2 grauis tēnero V 2 exprabarit hāc V 4 est V
 sarcinosior V LXXX 1 At non longa bene non stat bene V
 2 Sed quam V 3 puellis V 5 utilius V LXXXI 1 spec-
 tare decet V Explicuit V.

IV 2 Quod Vat. *ducens* exhibet, non *dicans*, illud uerius ex-
 istimo. Nusquam enim in his carminibus hendecasyllabus ab
 iambo incipit, semper a spondeo. Ex Elephantidos libro, quem
 eundem cum Elephantines scripto περι σχημάτων συνουσιαστι-
 κῶν (Suid. s. v. Ἀστυάνασσα) habet Friedlaenderus ad Mart.
 XII 43, 4, sumpsit siue duxit Lalage tabellas uenereas, fortasse
 quales in ipso libro expressas inuenerat.

X 4 *willicus* et sic XXIV 1 recte exhibet V, at *willicus*
 XLII 1. Ceteri codices uidentur in *willicus* ubique conspirare:
 quod ideo notandum reor, quia uirtutem codicis nostri aliqua-
 tenus praestat haec orthographia (Lachm. ad Lucret. I 313).

XI 1 *preusus* V quod ex *preusis* potuit corrumpi.

XV 4, 6 Placet mihi ordo uersuum in Vv

Huc intret frutices loco remoto,
 Dicat forsitan haec sibi ipse, 'nemo
 Percisum sciet esse me': sed errat

nam admissio uerbo *intret* pro praepositione *inter* sententia con-
 oisa in clausulas melius procedit. Contra si uersus sic or-
 dinentur

Dicat forsitan haec sibi ipse 'Nemo
 Hic inter frutices loco remoto
 Percisum sciet esse me': sed errat

nescio quid prolixi habet et ultra iustos fines producit id quod
 percisus iste secum loquitur, ut nihil dicam de *Huc* in *Hic* mu-
 tato. Illud autem *Huc intret* iam XIV 9 positum est.

XIX 1 Sic fortasse refingendum erat:

Equando Telethusa circulatrix,
 Qua clunem, tunica tegente, nulla
 Festis acrius altiusue mouit,
 Crisabit tibi fluctuante lumbo?
 Nam sic non modo te, Priape, possit,

Priuignum quoque sed mouere Phaedrae.

Optat poeta Telethusam qua nulla clunem sub tunica acrius al-
 tiusue moueret festis, iam Priapo sed apertius crisare. *mouit* pro
mouet iam Buechelerus scribendum esse perspexit: *acrius* quod
 L. Muellerus dedit ex nostri codicis *sacrius* confirmatum credo:
Festis pro *Eatis* ex Burmanni supellectile critica adsumpsi: qui-

bus positis nihil iam superest nisi ut *nulla* nominatius sit, *Quae* autem in *Qua* mutetur. Conferendum erat XXVII 1, 2

*Deliciae populi, magno notissima circo,
Quintia vibratas docta mouere nates.*

XXXI 1 *nīl mea V* quod ex *nīl meum* potius quam *nīl mei* corruptum reor.

XXXII 7 Optimum est quod seruauit hic codex Corsinianus *Quae suco caret usque et usque pumex*, quamquam difficilis est explicatio corruptelae *usque putris pumex* uel *ut putrisque pumex*. Credo tamen prioris *usque q* in *p*, mox *puet usque* in *putrisque* abiisse; quo facto facilis erat *us* in *ut* mutatio. Quod si recte conieci, propius a uero est *ut putrisque pumex* quam quod habet codex noster Vaticanus cum aliis *usque putris pumex*. Ceterum mire ad Corsinianam scripturam accedit Buecheleri coniectura *usque quaque pumex*, non illa tamen praeferenda Corsiniana, cum etiam in LXXVII 8 recurrat *usque et usque et usque*.

XXXII 13, 14 Ductor ferreus insularis aequae
Lanternae uideor fricare cornu.

Etsi probabilis est Buecheleri explicatio scribentis *Ductor ferreus insulariusque* et de fabro ferrario siue malleatore intelligentis, *insulariusque* autem referentis ad seruos qui in aedibus conducticiis custodiae causa habitantes lanternarum curam poterant cum hoc coniungere, fateor locum mihi non adeo persanatum uideri, ut non aliquid proferre de meo audeam. Quid si sic scribas?

Ducto ferrea, singulariusque
Lanternae uideor fricare cornu.

nam *ductare* in obscenis fuisse declarat Quintilianus VIII 3, 44 *Sed quoniam uitia prius demonstrare aggressi sumus, uel hoc uitium sit, quod κακῆμπατον uocatur: siue mala consuetudine in obscurum intellectum sermo detortus est ut ductare exercitus et patrare bellum, apud Sallustium dicta sancte et antique ridentibus si dis placet.* Potuitque *ductare scortum* duo significare, (1) mulierem secum frequenter habere, (2) obsceno sensu, subigitare. Eodem, credo, modo *ductare ferrea* dicebatur is qui malleo ferrum ducebat subigebatque; tralato autem sensu qui coeundo subigebat corpus durum mulieris non tenerae. Quod *singulariusque* elici ex *s insularis aequae*, eccuinam magis conueniens fuit portare lanternam quam eis quibus cura imperatoris demandata est? Hygin. Gromat. p. 4 *equites praetoriani latere dextro praetorii, Singulares imperatoris latere sinistro.* Horum Singularium siue Singulario-

rum crebra mentio in Inscriptt. Lanterna tum opus erat quotiens noctu uigilias agitabant: cuius latus ex cornu fricaturus erat singularius si quid melius intentiusue inspicere uoluerat. Itaque poeta postquam duritiem puellae ferro comparauit, alteram similitudinem inducit, quam mihi quidem ex Graecis uidetur petiisse. Sic enim Eustathius ad Il. 551. 52 de uersu nobili dicens Λ 385 Τοξότα, λωβητήρ, κέρα ἀγλαέ, παρθενοπίπα tradit. Ἄριστοτέλης κέρα ἀγλαὸν εἶπεν ἀντὶ τὸν αἰδοίω σεμνυνόμενον, ἐπὶ τοιοῦτου σημαινομένου τὴν λέξιν ἐκείνος νοήσας· καὶ ἔοικεν ὁ σκορπιώδης τὴν γλῶσσαν Ἄρχιλοχος, ἀπαλὸν κέρασ τὸ αἰδοῖον εἰπών, ἐντεῦθεν τὴν λέξιν πορίσασθαι. Ex hoc apparet Archilochum ἀπαλὸν κέρασ mentulam uocasse. Hanc significationem ita translulit Priapeus poeta ut diceret se dum puellam subigitat nihil suci et sanguinis habentem sed totam mero pumice aridiorem, uideri sibi nihil magis αἰδοίω efficere quam si id cornu sit in lanterna uigilis, quod quamuis saepius fricetur, numquam mollius fieri lentiusue. Est igitur lanternae cornu mentula; non quasi masturbatus sit potius quam cum tam dura puella coeat; sed quod haec nihil in se habeat quod tactu uenerem irritet et uoluptatem per semen effundat; ut fricetur quidem mentula per coitum, fructum tamen amoris non consequatur. Totum carmen mirum quantum cum XXII Catulli consentit: 12 *Atqui corpora sicciora cornu Aut si quid magis aridum est habetis.* 21 *Atque id durius est faba et lapillis Quod tu si manibus teras fricesque Non umquam digitum inquinare posses.*

XXXIII 5, 6

Turpe quidem factu, sed ne tentigine rumpar

Falce manu posita fiet amica manus.

Pro manu suspicor malum interiectiue scribendum esse.

XXXV 2 *Si percissus eris V Si precisus uel si prensus eris* plerique. Buechelerus in ed. tertia *si deprensus eris* ex Meyeri coniectura edidit. Mihi poeta potius uidetur scripsisse *Si prensus fueris*, cum *su* sequens *fu* exturbarit.

XXXVI 4 *Minerua flouo lumine uenus peto V*, non ut plerique codices *flauo*. Potest quidem hoc in *flouo* latere; potest etiam aliud uelut *floro* 'bright' 'gay'. Seru. ad Aen. XII 605 *flauos Lauinia crines. antiqua lectio 'floros' habuit id est florulentos pulchros et est sermo Ennianus.* Neque tamen infitior de crinibus et lanugine id uocabulum positum tradi a Seruio. Atqui si alio sensu usurpatum est uelut in glossa Balliolensi *Florus ager (h)orti apibus congruentes*, cuius, quantum scio, ignotus fons

est, non ideo cur non et priorem significationem latius putem patuisse ut de oculis quoque Mineruae dici posset.

7. *Tutella* V contra Lachmanni praeceptum Lucr. III 1014. Potuit tamen id antiquitus tradi: sic certe iterum in V scriptum inueni *Tutellam* LXXII 1.

XXXVII 14 *uultu* Vv, hoc est, uultum mouit, non mentulam. XLIII fortasse sic scribendum erat

Velle quid hanc dicas, quamuis sim ligneus, hastam,
Oscula dat medio si qua puella mihi?

Augure non opus est, 'in me mihi credite' dixit:
'Utetur neruis uilibus hasta rudis'.

Quid credis hanc hastam uelle, quotiens puella eam osculetur? Non opus est diuinatione: ipsa (sc. hasta) dicit: 'In me credite mihi: rudis sum, promptis uiribus in osculantem utar' h. e. ut sum rudis, prompto amplexu neque arcesso uigore in puella utar.

XLV 5 *Vras te licet usque torquearis* V cum ceteris, satis mire si *torqueasque* scripserat poeta. Facilius erit reponere *Uras te licet osque torquearis*.

XLVI 6 *Manes hic licet ut libenter ires* V

An *Malles huc (licet et libet) redires!* quod dum facis, ego erucarum decem manipulos emam, unde me parem faciam tanto labori tecum coeundi. An scribendum erat *Mannis* pro *Manes*?

L 2 Cum puella describatur ad uenerem apta et qualem fruendam sibi contingere cupit poeta, non *ficosissima*, nec *fuco-*
sissima debuit esse, sed *sucosissima*, h. e. corpore solido et suci pleno, ut ait Terentius Eun. II 3, 27.

6. *Totam similibus Priape noster* V, *Totam cum paribus Priape nostris* alii, propius, credo, ad uerum. Corrigo *nostris*: coronas compares sui dicit magnas: significatque se bene uasatum esse.

LI 12 *Nucemue longam quae uocatur alna* V, *alana* V. Suspicor *Aullana* scribendum esse; nam si *caue ne eas* factum est *cauneas* e extrita, poterat *auellana* similiter in *aullana* abire, eo-
que facilius quod hae nuce in quottidiano usu erant.

14 *ferro* V quod non multum abest a *ferre*. Rursus notanda codicis bonitas: etiam magis tamen in u. 23 quem sic exhibet codex noster

Quae cuncta quamuis mō heamus in septo

h. e. quae cuncta quamuis *moeniamus* in septo.

Colum. XI 3, 2 *qui hortis extruant munimenta*. ib. *non magna opera hortum ab incurso hominum pecudumque munimus*.

LVII 8 Et hic uerum habet codex noster V. Hoc dicit Priapus. 'Quid si haec anus petat a me ut puella fiat? Et tamen si Minos iuuenis adhuc est, erit haec puella. Nam quae anus fuit pueris Tithono Priamoque Nestorique, puella erit Minoi. Atqui ne sic quidem puella erit; nam cum in inferis uidebit Minoem, hunc salutabit quidem aequalis aequalem, non tamen puerum puella, sed senem anus, cum Minoi quamuis a Ioue natus sit, iuuentus sua non supersit.' Sic enim Iuppiter apud Ouidium Met. IX 432 *Vos etiam, quoque hoc animo meliore feratis, Me quoque fata regunt: quae si mutare ualerem, Nec nostrum seri curuarent Aeacon anni, Perpetuumque aevi florem Rhadamanthus haberet Cum Minoe meo: qui propter amara senectae Pondera despicitur, nec quo prius ordine regnat. Dicta Iouis mouere deos nec sustinet ullus Cum uideant fessos Rhadamanthon et Aeacon annis Et Minoa queri.* Hunc locum Ouidii respexisse credo poetam Priapeum.

LVIII Sic fortasse refigendum erat

Quicumque nostram fur fefellerit *sedem*,

Effeminato uerminet *puer* culo.

Quaeque hic proterua carpserit manu poma

Puella, nullum reperiat fututorem.

In u. 1 miror neminem *sedem* reposuisse pro *fidem* quod exhibent et V et plerique codices. Certe idem uitium recursat in LXIII 1 ubi V habet *fidem*. Sedes est templum Priapi. In u. 2 incertum est *uerminet* Vossii, suspectum *procul*, quod equidem ex *puer culo* conflatum crediderim; nam *puer* in his latere oppositum in u. 4 *puella* uero simile facit: *dubio*, quod post *procul* habent codices, uitium reor esse supplentis quod unum notauerat cum *procul* coniungi. *Verminet* 'itch', ut Mart. XIV 23, 1 *Si tibi morosa ferurigine ueminat auris.*

LXIII 1 *Parum est mihi quod hic fixi fidem V.* Non multum arridet mihi coniectura Lachmanni

Parum est quod hic ut fiximus semel sedem,

cum nescio quid alieni ab his carminibus inferat duplex pluralis *fiximus, sustinemus* (3); quem ut semel poeta posuerit, repetitum fuisse non credo. Fere semper enim Priapus de se loquens, ut decet uiriliorem, singulari utitur; quod nisi fecisset, nimium quantum a propria consuetudine, ne dicam uirtute, descuuisse uideretur. Nec uideo cur in suspicionem ueniat *mihi*; cetera ordinem debitum migrarunt, cuius reuocandi unum superest indicium; nam *quod* nisi quartum pedem incipiat, misere languet rhythmus, ut uerba

sic ordinare malim

*Parum est mihi, sedem quod hic simul fixi
uel quod malim, P. e. m. sedem hic quod ut semel fixi.*

9 *Huc adde quod me terribiles fusce V
terribilem fuste plerique.*

Ex V elicio

Huc adde quod me fuste tetricum uiles,
idque probabilius habeo quam quod prius conieceram *fuste tetrico uilem*; nam hunc Priapum dolauerunt manus sine arte rusticae ideoque uiles. Notum est permutari inter se *terris tetrīs*, uelut Cul. 214 codex Bodleianus habet 'terris tetrīs': tetricūiles igitur in terricuiles, hoc in terribiles uitiatum fuisse uidetur.

17, 18 *Quae tot figuris quot Philaenis enarrat*

Non inuentis pruriosa discedit V, figuras alii.

Insanabile ulcus, cui nemo dum medicam manum admouit, quanquam ingeniose Buecheler 115 *Contenta non est, pruriensque discedit*. Latetne in *uentis* id quod ad rem accommodatum est, *ueneris*? Fuitne *pruriosa* ψυριῶσα? Nam ut in Glossario Balliolensi *progom uituperationem* scriptum extat pro *psogon uituperationem*, sic *psoriosa* in *proriosa* abire potuit. Si quaeras cur in hoc carmine solitam regulam latine loquendi poeta egressus sit (nam LXVIII totum luditur in Homeri uocabulis), respondeam agi de Philaenidis libello, quem graece conscriptum scimus ex Athenaeo 335. Totus itaque uersiculus sic euadet eum praecedenti,

Quae tot figuras quot Philaenis enarrat

Conata (?) ueneris, ψυριῶσα discedit.

Nam quod ante suspicatus sum *Pruriginosae ueneris orsa discedit* nimis longe discedere uidetur a codicibus.

LXV 3 Pro *exanimum* quod habent plerique codices, *extraneum* est in V, ex alio uocabulo fortasse ortum, quod potuit *extinctum* esse.

LXVI 3 *Nimirum quod times uideri V.*

An excidit tibi? Et sic uideo coniecisse Heinsium.

LXVIII 3, 4 *Quodque fit ex illis, tu mis deprensus in hortis
Fur dabis V.*

Fortasse *tu mi his deprensus in hortis*, leni neque iniucunda elisione.

LXVIII *Choris me rachas V*, ut credo ex *Chortis Homeriacas*, nam quod plerique edunt *Cogor* nimis a traditis litteris recedere uidetur. Sensus est: sed quamuis rudis sim, edidici quomodo audirem toties legentem dominum chortis, h. e. diu audiendo

edoctus sum quibus auribus acciperem quae dominus ex Homero recitat.

5. *Psoleon ille uocat quod psolēta cerānon* V omisso nos quod habent plerique codices. Indicium id turbati ordinis existimo; hunc sic potius reuocandum reor *Quod psolen nos, ille uocat ψολόεντα κεραυνόν* quam ut Gronovius *Ille uocat, quod nos psolen ψολόεντα κεραυνόν*.

LXIX 4 *pondos* V: fortasse fuerat *pondost*.

LXX Ex V scripserim

Illusit mihi pauper inquilinus,
Cum *uerpam* dederat, molaque fusa.
Quarum partibus additis in ignem,
Sacro protinus hinc abit peracto.

Sic enim habes cur femininum *Quarum*, non *Quorum* extet in mss. *Verpam* siligineam inquilinus Priapo offerebat, ut XXXIV 5 puella *uerpas* salignas dedicare dicitur. Hanc siligineam mentulam postquam attulerat, molamque fuderat siue sparserat, utriusque, et mentulae et farris, partem in ignem coniciebat, ceteram partem in ara relinquebat. Eo canis fumi nidore prouocata cum uenisset, quod ex siliginea mentula supererat, subinde comedebat; et hoc est quod dicit *libamine mentulae*; in quo genetius id significat quod libamenti uice offertur, non id cui tamquam deo libamentum fit. Estque congruum huic interpretationi quod canis, plena siliginis factae in uerpae imaginem, tota nocte, quasi proprio ipsa sacrificio uelit gratam se testari Priapo, par pari reddit mentulamque arrigit.

LXXV 2 *Iunoni Samos et micene dites* V.

dites aut glossa pro *potens* aut scripturae uitium pro *uetus*, inuerso uero uerborum ordine potest esse. Ceterum non inutile erit hic monuisse id quod et Buechelerum fefellit, duo nomina huius carminis *Taenaros* 3 pro *tenedos*, *Cyzicos* 13 pro *cocitos* iam anno 1507 reuocasse Constantium Fanensem in Hecatostyos c. LXVIII, LXIX: idēque primus carmini LI 6 ex codice quodam Andreae Mancini Manliani cuius sui sacerdotis pariter honestissimi sibi que amicissimi *Arete* pro *Crete* reposuit (Hecatost. LXX). Sane inter lumina eius saeculi post Politianum primas Constantio deferendas arbitror.

Oxonii.

Robinson Ellis.